7.

1737
d. 15 Octb.

VIRO
Perquam MAGNIFICO, NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO,
DOMINO
JACOBO HÜNEKEN,
JCTO EXCELLENTISSIMO,
Cùm poſt ornatam egregiè per XXXVI. annos, & quod excedit,
SENATORIAM SPARTAM,
Anno MDCCXXXVII. die XV. Octobris
Ad CONSULARE Perilluſtris Reipubl. Patriæ FASTIGIUM ſolenniter eveheretur,
Et
PRÆSIDII FASCES unà capeſſeret,
Illuſtris Schola Bremenſis
FELICITER!
calamo
HENRICI HEISEN, Prof. Publ. Bibliothecarii & Pædagogiarchæ.

Theiologo ſummo non inficianda Propago,
[illegible]
Quidquid AVI ſancto ſcripſit manus incita zelo,
Noſtra Tibi acceptum *Bibliotheca* refert. *
Ecquid pro *rara* largitur Curia *dono?*
Conſulis excelſum læta remittit ebur.
Sic inſignis apud memorem ſtat gratia facti,

Ardor, & ingenii didita fama dedit.
Quantumcunque dedit, Tu multò plura de-
[illegible]
Ergo, Conſulibus quæ Te Patria invehit altis,
Non Tibi, ſed potiùs conſuluit ipſa ſibi.
Surge *Decus noſtrum!* nam *Pars* Tibi *Quarta Senatûs*
Clamitat aſſurgens: *Principe ſede ſede.*
Intrepidus noſtræ moderamina ſuſcipe [illegible]

PRÆSIDII FA… una capeſſeret,
Illuſtris Schola Bremenſis
FELICITER!
calamo
HENRICI HEISEN, Prof. Publ. Bibliothecarii & Pædagogiarchæ.

Quidquid AVI ſancto ſcripſit manus incita zelo,
Noſtra Tibi acceptum *Bibliotheca* refert. *
Ecquid pro *raro* largitur Curia *dono?*
Conſulis excelſum læta remittit ebur.
Sic inſignis apud memorem ſtat gratia facti,
Et, dare quæ potuit maxima, retribuit.
Fallor: & haudquaquam chartacea munera tanti,
Maxima ut illa ſient, Patribus eſſe queunt.
Nulla Tibi eſca illex cepit, nec culmen honoris
Una minùs digno proxima ſella dedit.
Sed ſpectata dedit Virtus, dedit entheus æqui
Ergo, Conſulibus quæ Te Patria invehit altis,
Non Tibi, ſed potiùs conſulit ipſa ſibi.
Surge *Decus noſtrum!* nam *Pars* Tibi *Quarta Senatûs*
Clamitat aſſurgens: *Principe ſede ſede.*
Intrepidus noſtræ moderamina ſuſcipe navis,
Et vaſtum fidens, qui potes, æquor ini.
Sis ætate gravis; cruda hæc viridisq; ſenecta eſt,
Juxta animum ac multo membra vigore levans.
Uſus ei varius comes ibit, & ardua quævis
Ex facili faciet viribus æqua Tuis.
Longa modò pergat, quæ cœpit, ducere fila
Propitiis fatis non viduata colus.

* Luditur ad *Autographum* omnium *Operum* Celeberrimi Scripturarum Interpretis, JOHANNIS COCCEJI, quo præcipuo ornamento *Bibliothecam* noſtram *Publicam* Magnificus CONSUL, qui ex FILIA laudatiſſimo Viro digniſſimus ſuperat NEPOS, locupletavit.

BREMÆ,
Typis Viduæ B. Hermanni Chriſtophori Jani, Illuſtris Gymnaſii quondam Typographi.
1737.